

Quartus

De ob. que ex delicto na.

blisco vel priuato. vel ab extraneo vel a domino. antequam peruenit ad locum ubi furtum ferre destinasset fur manifestus dicitur. Verum si ad locum destinatus cum re furti peruenit antequam cum re furtiua reprehendatur non fur manifestus dicitur. Sed domine quis est fur non manifestus. Frater hoc tibi patere debet ex hijs que diximus. cum enim contrarium eadem sit disciplina. si patet tibi quod est fur manifestus: ergo et quis non manifestus. Nam qui non est manifestus: hic non manifestus dicitur. hoc dicitur. Furto autem dicitur. Satis supra dictum est quid est furtum: et unde dicatur. Hodo dicitur est quod sunt genera furto: et dicitur quod duo. Quia furtum autem est manifestum. aut non manifestum. Immo diceret aliquis quod quattuor sunt genera furto. Aliud est manifestum. aliud non manifestum. aliud conceptum. et aliud oblatum. Et respondet quod non est ita. Quod conceptum et oblatum ponit species potius quam genera. Et dubitatur super hoc quod in isto dicitur quod si extraneus viderit furem rem meam furtiuam asportantem quod propter visionem extranei fur ille dicitur manifestus. Et ita actio furti manifesti tenetur mihi ad quadruplum: et ita per visionem extranei mihi acquiritur actio: quod est contra illud generale per liberam personam nihil nobis acquiri. Ad hoc dicunt quidam quod hoc est speciale in odium furti. sicut in odium furis hoc introductum est quod aliquis teneatur actione furti perpetuo: tamen alie preterite actiones penales sicut annales. Alii dicunt quod in isto casu mihi acquiritur actio per liberam personam: sed ex delicto furis mihi acquiritur cum exinde vitatur. hoc dicitur. Conceptum furum dicitur. Dixi iustitiano. Domine satis vidi quid est furtum manifestum et ex consequentia quid est furtum non manifestum. sed intellexi a vobis fieri mentionem de furto concepto et oblatum. Unde quero. Domine quid est furtum conceptum. Et dicitur imperator. frater hodie

furtum conceptum non est in usu. olim tamen erat talis eius natura quod si aliquis crederet rem furtiuam in domo alicuius esse ad eam cum magna pompa. conueniebat. et dominus domus eam restituere volebat quam non esset fur datur tamen domino rei contra est actio furti concepti. Olim quoque erat alia species furti que vocabatur oblatum. et habebat olim locus act. furti oblato in tali casu. pone sic. Quidam erat amicus meus specialis et penes eum erat res furtiua deposita. ipse autem videns quod res furtiua cum magna diligentia querebatur: plus diligens suam honestatem quam me. penes me rem illam furtiuam deposuit. Deinde fuit res illa furtiua penes me inuenta. unde teneo ego act. furti concepti illi qui penes me rem illam deposuit tenetur mihi act. furti oblato ad refarcendum quicquid illis solvero conceptus act. furti concepti fuit et olim actio que vocabatur actio furti prohibiti que datur contra eum qui me prohibuit querere testibus presentibus rem furtiuam quam in domo sua esse dicebam ad hoc in edicto preteritis fuit instituta actio furti non exhibiti aduersus eum qui rem furtiuam questam et penes eum inuentam non exhibuit: sed omnes iste actiones videlicet furti concepti oblato prohibiti non exhibiti que propter requisitionem rei furtive olim erant adinuenite hodie. in desuetudinem abierunt. quippe cum hodie requisitio rei furtive locum non habeat. eo quod hodie omnes qui rem furtiuam sic receperint et collocauerint furti non manifesti teneantur. hoc dicitur. Pena manifesti dicitur. Quasi a iustitiano que esset pena furti manifesti. Respondet iustitiano quod pena furti manifesti est quadruplum. non manifesti autem duplum. hoc dicitur. Furtum autem fit dicitur. Quasi iustitiano. qualiter fieret furtum. Respondit. d. quod non solum fit furtum quando animo interrumpendi causa est intrandi proprietatem alius amouerit